

ALLIAE · A · L · POTESSTATIS

- HIC · PERVSINA · SITA · EST · QVĀ · NŌN · PRETIOSIOR · VLLA
 FEMINA · DE · MVLTIS · VIX · VNA · AVT · ALTERA · VISA
 SED VLA · SERIOLA · PARVA · TAM · MAGNA · TENĒRIS
 CRVDĒLIS · FATI · RECTOR · DVRA QVE · PERSIPHONE
 ; QVID · BONA · DIRIPITIS · EXVPERANT · QVE · MALA
 QVAERITVR · A · CVNCTĪS · IAM · RESPONDERE · FATIGOR
 DANT · LACHRIMAS · ANIMI · SIGNA · BENIGNA · SVI
 FORTIS · SANCTA · TENAX · INSONS · FIDISSIMA · CVSTŌS ·
 MVNDA · DOMĪ · SAT · MVNDA · FORAS · NOTISSIMA · VOLGO
 10 SOLA · ERAT · VT · POSSET · FACTIS · OCCVRRERE · CVNCTĪS
 EXIGVO · SERMONE · INREPREHENSĀ · MANEBAT
 PRIMA · TORO · DELAPSA · FVIT · EADEM · VLTIMA · LECTO
 SE TVLIT · AD · QVETEM · POSITIS · EX · ORDINE · REBVS
 LANA · CVI · E · MANIBVS · NVNCQVAM · SINE · CAVSSA · RECESSIT
 15 OPSEQVIOQVE · PRIOR · NVLLA · MORESQVE · SALVBRES
 HAEC · SIBI · NON · PLACVIT · NVMQVAM · SIBI · LIBERA · VISA
 CANDIDA · LVMINIBVS · PVLCHRIS · AVRATA · CAPILLĪS
 ET · NITOR · IN · FACIE · PERMANSIT · EBVRNEVS · ILLAE
 QVALEM · MORTALEM · NVLLAM · HABVVISSE · FERVNT
 20 PECTORE · ET · IN · NIVEO · BREVIS · ILLI · FORMA · PAPILLAE
 QVID · CRVRA · ATALANTES · STATVS · ILLI · COMICVS · IPSE
 ANXIA · NON · MANSIT · SED · CORPORE · PVLCHRA · BENIGNO
 LEVIA · MEMBRA · TVLIT · PILVS · ILLI · QVAESITVS · VBIOQVE
 QVOD · MANIBVS · DVRS · FVERIT · CVLPABERE · FORSAN
 25 NIL · ILLI · PLACVIT · NISI · QVOD · PERSE · SIBI · FECERAT · IPSA
 NOSSE · FVIT · NVLLVM · STVDIVM · SIBI · SE · SATIS · ESSE · PVTABAT
 MANSIT · ET · INFAMIS · QVIA · NIL · ADMISERAT · VMQVAM
 HAEC · DVO · DVM · VIXIT · IVVENES · ITA · REXI · T · AMANTES
 EXEMPLE · VT · FIERENT · SIMILES · PYLADISQVE · ET · ORESTAE
 30 VNA · DOMVS · CAPIEBAT · EOS · VNVSQVE · ET · SPIRITVS · ILLĪS
 POST · HANC · NVNC · IDEM · DIVERSI · SIBI · QVISQ · SENESCVM
 FEMINA · QVOD · STRVXIT · TALIS · NVNC · PVNCTA · LACESSVN
 ASPICITE · AD · TROIAM · QVID · FEMINA · FECERIT · OLIM
 SIT · PRECOR · HOC · IVSTVM · EXEMPLĪS · IN · PARVO · GRANDIVS · VTĪ
 35 HŌS · TIBI · DAT · VERSVS · LACHRIMANS · SINE · FINE · PATRONVS
 MVNERIS · AMISSAE · CVI · NVNCQVAM · ES · PECIORE · ADEMPTA
 QVAE · PVTAT · AMISSIS · MVNERA · GRATIA · DARI
 NVLLA · CVI · POST · TĒ · FEMINA · VISA · PROBA · EST
 QVI · SINE · TE · VIVIT · CERNIT · SVA · FVNERA · VIVOS
 40 AVRO · TVVM · NOMEN · FERT · ILLE · REFERT · QVE · LACERTO
 QVA · RETINERE · POTEST · AVRO · CONLATA · POTESIAS
 QVANTVM · CVMQ · TAMEN · PRAECONIA · NOSTRA · VALEBVNT
 VERSICVLĪS · VIVES · QVANDIV · CVMQVE · MEĪS
 EFFIGIEM · PRO · TE · TENEŌ · SOLACIA · NOSTRI
 45 QVAM · COLIMVS · SANCTE · SERTA · QVE · MVLT · A · DATVR
 CVMQVE · ATTE · VENIAM · MECVM · COMITATA · SEQVETVR
 SED · TAMEN · INFELIX · CVI · TAM · SOLLEMMNIA · MANDEM
 SI · TAMEN · EXTITERIT · CVI · TANTVM · CREDERE · POSSIM
 HOC · VNVM · FELIX · AMISSA · TEMIHI · FORSAN · ERO
 50 ET · MIHI · VICISTI · SORS · MEA · FACTA · TVA · EST

LAEDERE · QVI · HOC · POTERIT · AVSVS · QVOQVE · LAEDERE · DŪOS

HAEC · TITVLO · INSIGNIS · CREDITE · NVMEN · HABET